



*Slod*

E libris  
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*

174

CHRISTO RESVRGENTI

SVVM OCCINIT EPINICION

ET IMMENSA

A DEO SERVATORE

IN NOS COLLATA SOTERIA

VENERATVR

IO. MARTINVS RIEDEL

---

**I**O TRIVMPHE MAXIME!

TRIVMPHE! IO TRIVMPHE!

cessent dolores pectoris

luctusque cesset omnis:

IESVS MEVS, SALVS MEA

vicit: perempta mors est.

Infernus ipse dirutus

victus iacet scelestus

hostis DEI prostratus est

hostis iacet piorum.

Io triumphe maxime!

triumphe! Io triumphe!

Victoria! O victoria!

triumphe! Io triumphe!

O gaudium omni gaudio

maius! necata mors est.

IESVS meus viuit, meus

IESVS, MEVS REDEMPTOR.

IESV mei triumphus est

etiam meus triumphus.

Post non obibo: nam mea

mors somnus est futurus.

Surgente IESV, surgam ego:

IESVM meum videbo.

Io triumphe maxime!

triumphe! Io triumphe!

Victoria! O victoria!

Ipsum videbo IESVM!

Hinc apage, o dirae mortis

funeste minister:

hoc quoque limen signa

tum sanguine IESV.

AK

CHRISTO RESURGENTI

SAVA OCCURIT FINICION

ET IMMERSA

A DEO SERVATORE

IN NOS COLLATA SOCIATA

VERBIS

IO. MARTINIUS REBEL

IO TRIVIANE MARTINE!

TRIVIANE! IO TRIVIANE!

CONTE DOLORE PLENIS

INTELLIGIT CORDIS OMNIS:

LEVI MEVS, SALVS MEA

VIAM PATRIS MEVS EST

IN MEVS IPE DIGNVS

VICTORIS REBELIS

HOVS DEI PROMISSVS

DEVS IPE DIGNVS

IO TRIVIANE MARTINE!

VICTORIS! O VICTORIS!

TRIVIANE! IO TRIVIANE!

O GARDIAN OMNI GARDIS

OMNIS! MEVS MEVS ET

LEVI MEVS VIVIT, MEVS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

LEVI MEVS REBELIS

\* \* \*

**S**ALVE lux saecularis  
sacrae veritati  
veritati primaeuae  
sed occultatae diu  
diu erroribus obscuratae  
diu mendaciis afflictatae  
ante annos tandem hodie ducentos  
confessione noua, publica, sincera  
a tenebris a calumniis aeternum vindicatae sacra!

Salve vniuerso CHRISTI populo  
CHRISTVM DOMINVM VNICVM adoranti  
in verbo DEI immutabili  
normam religionis vnicam quaerenti!  
Hodie in publicam prodiit lucem  
verax verae doctrinae confessio  
ex perspicuo sacri voluminis contextu  
dilucide excerpta, explicata:  
vt aeternum prostet monumentum  
rem publicam CHRISTI euangelicam  
excusso Romani pontificis iugo  
nihil nouum, erroneum, humanum, mutabile  
sed religionem priscam, veram, diuinam, incorruptam  
amplecti, profiteri, sectari.

Salve

Salve redux caelesti munere dies!

Salve nationi Germanicae

quae in sinu suo nasci

suo idioma primū conscribi

a suis proceribus et ordinibus signari

in ciuitate sua Augusta

in comitiis suis promulgari

vidit et gauisa est

confessionem agnitae veritatis immotam

perenne confessoribus libertatis fulcrum!

Salve terris Brunsvico-Luneburgicis

quas splendida purae religionis lux

a primo fere exortu

etiamnum vbique illustrat!

quarum Duces ac DOMINI duo

ERNESTVS ac FRANCISCVS

Principes omni laude maiores

immortalia sua nomina

inter primos confessores professi sunt:

quorum deinceps successores

ex ERNESTI praesertim

communis nunc Guelphicorum heroum parentis

gloriosissime florente

ditiones suas clementissime fortunante

prosapia incomparabili

con-

candidae veritatis  
ad laetam hanc usque diem  
constantissimi perstant vindices  
et diuinæ prouidentiae nutu  
perstabunt perpetuo  
fidem defendent  
parta tuebuntur  
vti potentia et virtutibus heroicis  
ita purae religionis tutela  
ad mundi vsque interitum  
immortaliter gloriosi.  
Salue figillatim coenobiis  
a superstitione et desidia repurgatis  
in religionis intemeratae  
in optimarum artium scholas  
feliciter postliminio conuersis!  
Proscriptio vanitatum et errorum  
verae doctrinae et disciplinae libertas  
sanctae eidem confessioni  
veluti sacrae ancorae innitur.  
Salue iterum iterumque  
dies solemnis, dies memorabilis!  
O puro animo et attento  
o precibus ardentibus  
celebrate tempus merito festum  
quibus diuinæ ecclesiae  
euangelicam veritatem confitentis  
quibus

quibus fidae nationis Germanicae  
quibus augustae domus Guelphicae  
et subiectarum ei prouinciarum  
quibus coenobiorum in scholas reformatorum  
et quod ex praecipuis est  
huius praecipue lycei  
salus, felicitas, perennitas  
cordi est, et esse debet!

DEVS nobis haec otia fecit.

Idem ille faciet posteris nostris  
et dum caelum terramque seruat  
sacro - sanctae confessionis seruabit constantiam  
et serenam hanc per saecula reducet diem.

Ita admonet, vouet, confidit

Io. Martinus Riedel  
prytanei Ilfeldensis con - rector

ipso die saeculari  
confessionis Augustanae exhibitae sacro  
xxv Iunii, anno cto 13 cc xxx.

---

ILFELDAE

LITTERIS COELERIANIS.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
rest. nicht vergeben!



1077

R.40



CHRISTO RESVRGENTI  
 SVVM OCCINIT EPINICION  
 ET IMMENSA  
 A DEO SERVATORE  
 IN NOS COLLATA SOTERIA  
 VENERATUR  
 IO. MARTINVS RIEDEL

**I**O TRIVMPHE MAXIME!  
 TRIVMPHE! IO TRIVMPHE!  
 cessent dolores pectoris  
 luctusque cesset omnis:  
 IESVS MEVS, SALVS MEA  
 vicit: perempta mors est.  
 Infernus ipse dirutus  
 victus iacet scelestus  
 hostis DEI prostratus est  
 hostis iacet piorum.  
 Io triumphe maxime!  
 triumphe! Io triumphe!  
 Victoria! O victoria!  
 triumphe! Io triumphe!  
 O gaudium omni gaudio  
 maius! necata mors est.  
 IESVS meus viuit, meus  
 IESVS, MEVS REDEMPTOR.  
 IESV mei triumphus est  
 etiam meus triumphus.  
 Post non obibo: nam mea  
 mors somnus est futurus.  
 Surgente IESV, surgam ego:  
 IESVM meum videbo.  
 Io triumphe maxime!  
 triumphe! Io triumphe!  
 Victoria! O victoria!  
 Ipsum videbo IESVM!  
 Hinc apage, o dirae mortis  
 funeste minister:  
 hoc quoque limen signa  
 tum sanguine IESV.

AK

